MASTER NEGATIVE NO. 91-80133-2

AUTHOR: KLOCHE, PAUL

TITLE: DE CICERONIS LIBRORUM....

PLACE: GRYPHISWALDIAE

DATE: 1889

Master Negative #
91-80133-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Klohe, Paul, 1863-
De Ciceronis librorum De officiis fontibus; dissertatio inauguralis quam... publice defendet auctor Paulus Klohe... Gryphiswaldiae, 1889.
41 p. 28½ cm.

Thesis, Greifswald.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3-3-92 INITIALS M.DC
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

DE CICERONIS
LIBRORUM DE OFFICIIS FONTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
UNIVERSITATE
GRYPHISWALDENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XII MENSIS FEBRUARII HORA XI
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

PAULUS KLOHE
POMERANUS.

ADVERSARII ERUNT:

R. MUELLER, STUD. PHIL.
G. KIRCHNER, CAND. PHIL.
A. HILLSCHER, STUD. PHIL.

GRYPHISWALDIAE MDCCCLXXXIX.

PATRI CARISSIMO

S.

Ciceronis de officiis libros cum ederet Ianus Gruterus, ex codicibus manu scriptis hoc opus continentibus, quos „innumeros“ bibliothecam electoralem (i. e. Heidelbergensem) habuisse testatur, duos adhibuit, qui ei esse viderentur „notae optimae“ (cf. M. Tullii Ciceronis opera omnia — emendata studio — Iani Gulielmii et Iani Gruteri. Hamburgi 1618. tom. IV. pag. 427). Quorum is, quem ille vir doctus dicebat primum suum — qui nunc est inter manuscriptos Palatino-Vaticanos insignitus numero 1531 —, quamquam post Gruteri aetatem alii codices non pauci sunt inventi et in medium prolati, tamen ne eis quidem, qui hoc saeculo illos Ciceronis libros ediderunt, neglegendus esse videbatur. Halmius quidem et Baiter cum pararent alteram editionem Turicensem, hominem aliquem doctum quaesiverunt, qui Palatinum in usum suum conferret (cf. Halm, zur Handschriftenkunde der Ciceronischen Schriften. Programm des kgl. Maximilians-Gymnas. München, 1850. pag. VIII et 18), sed exiguarum tantum partium scripturas continuas eis licuit in illa editione proponere. Causa autem, cur illius codicis cognitionem desiderarent, in eo erat, quod, quamquam summa ope enisi erant, praeter Palatinum nullum alium codicem poterant investigare, qui eiusdem stirpis esset atque ille Bernensis 104 ab Orellio primum adhibitus. Quod hi frustra exoptaverant, ut alius qui liber innotesceret cum Bernensi c cognatione quadam coniunctus, id tandem contigit opera Luchsii, qui vir doctissimus e tenebris in lucem protraxit codicem Harleianum 2716. De hoc libro in dissertatione egi, quam scripsi de Ciceronis de officiis librorum codicibus Bernensi 104 eique

cognatis (Erlangae 1883 et Acta sem. philol. Erlang. vol. III. Erlangae 1884, pagg 245—298), eumque demonstravi, si comparetur cum Bern. 104 et Palatino, longe eis virtute antecedere. Quoniam autem Harleianus est mutilus, etiam Palatinum conferri opus esse mihi videbatur promisique plenae eius collationi comparandae operam me daturum. Huic promisso, quod ut praestarem monitus sum a P. Schwenkio (cf. Jahresber. über die Fortschritte der class. Alterthumswiss. 1884 p. 111), ut tandem possim satisfacere, W. Crecelius Nic. Mueller Th. Stanglius effecerunt; hi enim viri docti contulerunt a me rogati libr. I §§ 1—151, II 25—61, III 1—65, 73—85, 90—98, 109—121, pro qua egregia liberalitate atque eximia opera gratias eis ago quam maximas; adiutum etiam esse me grato animo profiteor ab E. Narduccio, qui P. Schwenkii, et a Th. Schichio, qui meo rogatu benignissime aliquot Palatini locos denuo inspexerunt. In altera edit. Turic. iam in medium prolatae erant scripturae libr. I §§ 152 usque ad finem, II 61 usque ad fin., III 65—72. Praeterea notae mihi sunt plurimae gravioris ponderis lectiones reliquarum particularum (II §§ 1—24, III 86—89, 99—108), quas plene conferri mihi videtur iam non opus esse propterea, quod eae in Harleiano exstant.

Eis igitur usus, quae illi, quos commemoravi, viri docti mihi suppeditaverunt, primum de codice Palatino copiosius quam abhinc tres annos fieri potuit disseram, deinde intra partes codice Harleiano non traditas ob eamque causam in dissertatione relictas archetypum codicum Bamb. B, Wirceb. H, Ambros. A[1]), Bern. b et a (= Z) cum archetypo codicum Harl. L, Palat. p, Bern. c (= X) comparabo.

1) Ambrosiani partium a Baitero relictarum collationem, quam Fr. Eyssenhardtius confecit, summa benignitate egregius ille vir mihi permisit utendam. Codices B b a ipse denuo contuli.

Caput I.

De codice Palatino.

§ 1. Enumerantur scripturae codicis Palatini propriae.

Quamquam ex eis exemplis ipsis, quae in cap. IV dissert. ex libr. I §§ 152—161 et II 61—81 collegi, Palatinum apparet maxima licentia et cupiditate immutandi corruptum esse, tamen, ut eius proprietates prorsus perspiciantur, non alienum esse videtur eadem ratione, qua in cap. III (de codice Bern. c) usus sum, de Palatino agere.

Deprehenduntur autem intra eas partes, quae tribus codicibus (Lpc) servatae sunt, praeter varias lectiones ex I 152—161, II 61—81 l. c. exscriptas in Palatino uno hae discrepantiae plus minusve memorabiles.

Additum est in p verbum substantivum *est* post haec verba: **658**, 22[1]) *difficilius*, **659**, 2 *splendor*, ibid. 34 *tutior*, **662**, 35 *illud*, **673**, 33 *opera*, **679**, 3 *turpe*, **688**, 16 *alterum*, ibid. 17 *tertium*, itemque *sunt* post haec: **659**, 14 *vitanda* (*videnda*), **680**, 27 *quaestus*, **688**, 30 *rariora*, **699**, 19 *liberales*, **740**, 17 *consectatrices*; praeterea exh. p **677**, 35 *sunt* post *recipiendi* et *est* post *admittenda*, **676**, 9 *sunt* non modo cum Lc post *referta*, sed etiam solus post *nulli*, **671**, 25 sq. *ut sunt casu ita temp. gub.*; *esse* additum est **652**, 17 sq. (*reddendos non esse in senatu censuit*) et **665**, 22 sq. (*et esse maximi*).

Coniunctiones et praepositiones sunt adscitae ante haec verba: [*et*] **655**, 5 *in leonibus*, **656**, 3 *communia*, **671**, 14 *Melanippam*, **674**, 6 *ea*; [*que*] **673**, 22 *seniorum*; [*autem*] **653**, 28 *etiam*, **669**, 29 *ducibus*, **670**, 9 *aliae*, ib. 30 *cum*, **698**, 9 *non numquam*; [*vero*] **740**, 19 *introducunt*; [*sed* vel *set*] **661**, 20

1) In afferendis verbis ex Ciceronis de officiis libris editione utar Turic. altera (a. 1861) et in hoc priore capite paginarum et versuum, in posteriore librorum et paragraphorum numeros adscribam.

attingit (sic etiam codex a), **663**, 18 *illa*, **668**, 11 *ad severitatem*; [*enim*] **655**, 4 *ulla*, **669**, 18 *videmus* (sic etiam a); [*etiam*] **663**, 12 *re publica quidem*; [*a*] **668**, 30 *pecudibus*, [*ab*] **677**, 18 *iis*, **678**, 1 *alio*; [*in*] **658**, 32 *rebus*, **687**, 4 *initio*, **699**, 1 *filio*, **740**, 11 *locis*, **741**, 10 *his voluminibus*, **688**, 18 *iis*, ibid. 21 *eos*, ubi additamentum effecit, ut paulo post (ante *adficiamus*) insereretur *eos*.

Pronomina sunt inculcata **651**, 14 *indicant* [*hoc*], **678**, 33 *potest* [*haec*] *eadem*, **657**, 22 [*illud*] *videri*, **662**, 22 [*istud*] *non putaram*, **660**, 35 *in* [*his*] *magnis*, **671**, 10 *ingenium* [*suum*], **672**, 1 *maiorum* [*suorum*] *suum*; pronomina relativa sunt addita, quod verborum constructio non est intellecta, **659** 3 *utilitatem* [*quae*] *in*, ibid. 27 *et graves* [*qui*], **671**, 16 [*quod*] *non videbit*; **657**, 5 *et quid quisque vel sine nobis*] *et qui nobiscum vel sine nobis* p[1]; *nobiscum* ortum est ex notione vocis *vel* non cognita.

Alia additamenta memorabilia sunt haec: **660**., 1 *aptior* [*vita*], quod substantivum repetitum est ex praecedentibus; **736**, 33 *do* [*fidem*], cf. **735**, 38 sq.; **679**, 22 *diligentes* [*iudices*]; **699**, 33 *mina* [*argenti*]; **669**, 1 [*caveat*] *modo ne*; **659**, 1 *periculorum cum vitae, tum multarum rerum*] pro *multarum* exhibet p *aliarum causa*: *causa* est inculcatum, quod perspectum non est, unde penderet genetivus *rerum*; **656**, 27 *quis bonus* [*non*] *dubitet*: *non* additum est, cum cognitum non esset *quis* esse pronomen interrogativum; **665**, 22 *sic est iudicandum* [*scilicet*] *maximas*.

Scripturae iam in ω (i. e. archetypo omnium codicum) vitiosae ut subveniretur, scriptum est **700**, 2 *a leviss. quoque* [*habetur*].

Neque minus saepe in p peccatum est omissionibus.

Desunt enim coniunctiones: *que* **663**, 13 (sed suppl. m. sec.), **664**, 7, **665**, 4 (post *praeclara*), **668**, 26, **670**, 5 (*item* pro *itemque* exstat in c **644**, 17 et **651**, 15), **674**, 5, **681**, 3; *et* **657**, 10 et 29, **662**, 19, **669**, 16, **675**, 8; duorum vel trium *et* primum **656**, 22, **659**, 24 et 34, **666**, 6, **674**, 10 *solemus et sentire*] *sent. sol.*, **680**, 7, **688**, 7, **701**, 6 (ante *ad facult.*); itemque unum *aut* **668**, 4 (ante *lubidine*); *autem* **664**, 27, **666**, 40,

698, 12; *etiam* **655**, 29, **673**, 32; *enim* **653**, 7, **671**, 12; *tamen* **740**, 22; *ut* **653**, 14, **698**, 5.

Verbum substantivum *est* om. p **661**, 20, **664**, 9, **689**, 32, praeterea **658**, 1 (post *sed*) et **670**, 13, quibus locis alia manus addidit.

Nonnumquam praepositiones in ceteris codicibus exstant bis positae, semel in p; scriptum enim est in hoc **652**, 18 sq. *ab amicis et propinquis*, **653**, 5 sq. *de benef. ac liberal.*, **654**, 29 sq. *in collocando benef. et refer. gratia*, **684**, 1 sq. *ad opes et copias* pro *ad opes, ad copias*.

Quaedam verba in p omissa sunt propterea, quod, quid sibi vellent, intellectum non est: **678**, 13 *In omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda*] pro *tria s. ten.* exhibet p *sunt tria* (om. *ten.*), L *tria sunt et ten.* — **689**, 29 *paretque cum maxime mortuo*] sic L et c, sed in hoc verba postea deleta sunt; om. p. — ibid. 34 *ut eris*] *uteris* L; *utantur eis* c; in Z videtur fuisse *utere iis*; om. p. — **698**, 31 sq. „*Quae te, malum!*“ *inquit* „*ratio — induxit*] sic L; *mala* c; p exhibet *Quod te malum inquit* (om. *ratio*) — *ind.*

Praeterea alia in p desunt verba, quae enumerare tanti non est.

Saepissime pro genuinis vocibus aliae, non raro eiusdem vel similis notionis, suppositae sunt. Quae exempla omnia afferre cum longum sit, genera quaedam eligere satis habebo.

Verba composita deprehenduntur in p pro simplicibus **675**, 25 *adhibenda*, **660**, 10 *deputent*, **666**, 33 *exsecuntur*, **667**, 5 *effusum*, **660**, 24 *indigent*, **668**, 31 *referuntur*, **698**, 1 *retinendum*; rursus simplicia pro his genuinis compositis **677**, 29 *adiunxit*, **667**, 19 *deducit*, **684**, 12 *dedidi*.

Verba composita et praepositiones sunt permutata his locis: **654**, 18 *efferunt*] *off.*, **699**, 7 *effuder.*] *prof.*, **732**, 3 *eicere*] *deic.*, **653**, 15 *erip.*] *arr.*, **680**, 2 *exquirere*] *inqu.*, **654**, 28 *incitati*] *conc.*, **658**, 9 *inpellitur*] *comp.*, **671**, 6 *oppetere*] *app.*, **656**, 33 *perfug.*] *prof.*, **688**, 27 *pervehimur*] *prov.*, **663**, 27 *praefuturi*] *prof.*; **669**, 35 *de*] *ex*, **740**, 11 *de*] *in*, **657**, 22 *e*] *ex*, **668**, 6 *ex*] *e*, **653**, 33 *erga*] *circa*, **658**, 3 *pro*] *cum*.

Coniunctiones et adverbia nonnumquam in p supposita sunt pro eis, quae uncis circumdabo, haec: *et* (*que*), *atque* (*et*), *et* (*nec*), *et* (*sed*), *atque* (*aut*), *nec — quidem* et *et — quidem* (*ne — quidem*), *non* (*nec*), *ne* (*non*), *tamen* (*autem*), *autem* (*tamen*), *enim* (*etiam*), *etiam* et *etenim* (*enim*), *aut* (*vel*), *dum* (*cum*), *tunc* (*tum*), *quasi* (*tamquam*), *si* (*ut*), *ita* (*item*), *semper* (*saepe*), *fortassis* (*fortasse*).

Non raro modi, tempora, personae, numeri, genera verbi commutata sunt. Coniunctivus legitur in p pro indicativo **685**, 31 *verseris*, **668**, 25 *adhibeatur*, **656**, 15 *alliciat faciatque*, **698**, 13 *accidat*, **688**, 27 *reflaverit*, **674**, 1 *accesserit*; contra indicativus pro coniunctivo **655**, 11 *observantur*, **684**, 7 *miranturque*, **688**, 18 *congregamur*, **699**, 2 *constat*, **654**, 10 et **658**, 10 *habet*, **740**, 16 *ponit*, **659**, 12 *frangitur*, **680**, 13 *fecerunt*, **674**, 9 et 34 *sunt*, **678**, 16 *volumus*. — Pro tempore futuro positus est praesentis indicativus aut coniunctivus **658**, 16 *excellit* (etiam in a), **674**, 13 *repperiuntur*, **678**, 26 *aguntur aut dicuntur*, **736**, 35 *sumunt*, **664**, 3 *odit*; **653**, 33 *conferatur*, **664**, 24 *puniat* (*puniet* BHA bcL), **677**, 9 *veniamus*; rursus **664**, 12 pro *ferant* p exhibet *ferent*. — Praeterea discrepantias enotavi has: **665**, 12 *possint*| *possent*, **652**, 2 *imperaret*| *imperasset*, **698**, 11 *placeret*| *placuerit*; **652**, 33 *meminerimus*| *meminerim*, **670**, 5 *audivi*| *audivimus*, **735**, 29 *timemus*| *times*, **659**, 30 *velis*| *velit*, **675**, 7 *teneat* ceteri codd., *teneant* p, **676**, 26 *putet*| *putent*; **651**, 17 *appellare*| *appellari*, **655**, 18 *praecipit*| *praecipitur*, **679**, 16 *desiderant*| *desiderantur*, ibid. 30 *delinquitur*| *delinquimus*, **685**, 27 *disputantur* ceteri codd., *disputata* p, **680**, 33 *probandae*| *probantur*.

Collocatione verborum intra fines supra terminatos Palatinus a ceteris codicibus dissentit plus quam septuaginta locis, sed ita, ut plerumque ne is quidem ordo, quem exhibet p, perversus sit. Transposita sunt modo duo substantiva vel verba particula *et* annexa (velut **698**, 26 *industria et virtute*, **673**, 25 sq. *regenda et constituenda*), modo pronomina vel adiectiva vel participia cum substantivis coniuncta (velut **670**, 22 *eo sermone*, **666**, 16 *magnoque animo*, **657**, 29 *animo magno*, **699**, 5

indigentibus hominibus idoneis), modo substantiva, ad quae genetivi, modo verba, ad quae infinitivi pertinent (velut **686**, 25 sq. *operis hominum*, **656**, 35 *vite praesidia*; **673**, 12 *possint imitari*). Interdum substantivum, cui adiuncta sunt duo adiectiva, collocatum est alio loco; cf. **658**, 32 *fortis et magnus animus*, **662**, 23 *magni et excelsi animi*, **677**, 26 sq. *praeclaram — domum et plenam dign.* Saepissime transposita sunt adverbia et coniunctiones, velut **667**, 16 *vis maxime*, **679**, 29 *in aliis magis*, **653**, 29 sq. *magis ab ostentatione*, **665**, 2 *magnopere superbiam*; **660**, 28 *ad rem autem gerendam*, **665**, 19 *tales nos enim*. Verbum substantivum in p alium atque in ceteris codicibus tenet locum **664**, 18 *exercenda est etiam*, **669**, 13 *intell. est etiam*, **668**, 17 *duplex est omnino*, **667**, 25 sq. *duplex enim est*, **655**, 25 *est referenda*, ibid. 33 *est colligatio*, **662**, 37 *est medicorum*, **666**, 27 sq. *sit consentaneum*, **656**, 30 *sit tribuendum*, **662**, 12 *confecta sunt bella*, **740**, 29 *esset honestati*, **658**, 7 sq. *calliditas est potius quam sap. appellanda*, **657**, 6 *non erunt idem*, **673**, 14 *esse similis*; **671**, 20 *enitendum est*, **668**, 2 *subiecti sunt*, **686**, 4 *honestum esse*.

Constructio verborum immutata est **670**, 2 *praefectus classis*| *p. classi*, **676**, 8 *studiis inveniuntur magistri*] *studii i. m.*, **655**, 19 sq. *non prohibere aqua profluente*] *n. p. aquam profluentem*, **699**, 9 *sequuntur largitionem rapinae*] *s. ex largitione r.*, **684**, 5 *ad legendi* (scil. *studium*)] *ad legendum*, **678**, 22 *haec autem scientia continentur*] *hac a. sc. continetur* (sic etiam L, sed post rasuram demum litterarum *e* et *n*).

Quanta vi interpolator interdum grassatus sit in scriptoris orationem, docent cum alia exempla tum haec: **656**, 1 *cum sit hoc commune nature animalium*, **658**, 14 sq. *est* om., pro *esse* exh. *est*, *ut* post *sic* om., **688**, 11 sq. *virorum sapientium et virtute praestantium*, **700**, 15 sq. *homini ditissimo praetermisso aedilitatis consulatu repulsam abstulit.*

Hae sunt plurimae de discrepantiis in Palatino obviis. Comparatio ut fieri posset, numeravi, quot scripturas nonnulli codices in l. I §§ 110—151 proprias exhiberent; sunt autem in

B et H duodenae quinaeve denae, in a et L fere tricenae, in c octoginta, in p plus quam centum, unde elucet Palatinum omnium maxime esse interpolatum atque corruptum aliquantoque etiam magis quam famosum illum Bernensem 104.

Vera lectio exstat in p solo **657**, 12 *deducendoque* et **682**, 35 *communitate*; **663**, 18 deest illa ceteris codicibus tradita praepositio, quae non potest intellegi, *de* (ante *Lacedaemoniis*).

§ 2. Quae codici Palatino intercedat ratio cum Harleiano Bernensique c et alterius stirpis codicibus, inquiritur.

Quod ex scripturis in l. I §§ 152—161, II 61—81 obviis aliisque a Grutero enotatis (cf. dissert. pag. 8 sq. et cap. VI) colligere licuit, Palatinum cognatione quadam coniunctum esse cum Harleiano et Bernensi c, id iam collatione subministrata copiosiore confirmatur ita, ut nulla relinquatur dubitatio. Exscribam hoc loco continuas scripturas, quibus Lpc inter se consentiunt contra alteros codices sive omnes sive plurimos, intra libr. I §§ 110—151 obvias.

Praebent enim pariter Lpc: **670**, 15 sq. *studia nostra* (*nostra studia* p) *naturae regula*, 26 sq. *alius in eadem causa non debeat*, 27 *non enim*, **671**, 3 sq. *et iocundum* (*iuc.* L), 4 *se esse*, 5 *perveniret*, 13 *medeamque*, 19 *si non optime* (*optume* L) *at non indecore*, 20 *tam*, 21 *assequamur*, 22 *diximus*, 23 *aliquis*, 24 *ipsis*, 25 sq. *in casu sita*] *ut casibus ita* c, *ut causis ita* L, *ut sunt casu ita* p, 31 *et pauli*, **672**, 1 *sequantur*, 9 sq. *nam quod*, 10 *prodigus*, 17 *parentum*, 20 *parentum* (sed in c ex correctione demum), 24 *re ornati*, 28 *est eius rei*, 32 *vitae genere*, **673**, 6 *erit* om., 8 *commutato* (*commutatio* non solum in H legitur, sed etiam in Bba), 11 *feret*, 31 *volent*, 36 *tum etiam*, **674**, 2 *adulescentulorum* (*adol.* c), 10 *civem bonum*, 11 *et*, 15 *re agenda*, 16 *illud decorum*, 22 *videtur*, 25 *turpem*, 29 *neque eas*, 30 *facere non turpe est* Lp, *facere non turpe* (om. *est*) c, 34 *nominibus ac verbis*, **675**, 1 *ducamus*, ibid. *re turpia*, 2 *re* om.,

3 sq. *ab eisdem* posita sunt post *pluraque*, 5 *omne*, 9 *oratoribusve*, 10 *tantam*, 11 *veteri*, 20 *saepe sunt*, 21 *gestus nonnulli*, 21 *inepti non vacant offensione*, 24 *est* om., ibid. *nec*, 29 *movetur* Lc (et ut videtur etiam p[1]), 31 *magis etiam* Lp, *magis* (om. *etiam*) c, **676**, 6 *persequatur*, 9 *referta sunt omnia*, 12 *duo genera*, 14 *nihil* (*nichil*) *aliud fuit*, 26 *tum etiam*, 33 *si etiam*, 35 *omnes*, **677**, 7 *ut ne ea*, 8 *sic et ad*, 12 *ut et severitas*, 15 *in his* (*hijs*), 16 *indigna audiamus* pc (in L est lacuna), 18 *nec*, 23 *finis est usus*, 28 *ad consulatum*, 28 *accessionem*, 31 *etiam et*, 34 sq. *in qua*, 36 *modi*, 37 *domino sit* Z, *d. est* Lp (in c est lacuna), **678**, 8 *principum facta*, 10 *sunt imitati*, 12 *referenda*, 17 sq. *ad liberalitatem specie et dignitate*, 18 *moderata*, **679**, 19 *videndum*, **680**, 5 *qua de*, 8 *et cum aliis*, **681**, 9 *sic ex ipso*, ibid. *se portu*, 13 *multa satis*.

Itemque scripturae codicibus L et p communes non paucae planum id faciunt, quod (p. 9 sq. dissert.) ex quibusdam lectionibus concludendum mihi videbatur, inter Harleianum et Palatinum cognationem intercedere propiorem quam inter hos et Bernensem.

Exhibent enim intra eosdem fines (I §§ 110—151) Lp pariter: **671**, 2 sq. *mulieres appellandae sunt* om., *si* ante *Circe* in p deest, in L est erasum, 14 *rupillus*, 26 *quam gerere personam*, **672**, 9 *potuerit*, 16 *quoscumque*, 32 *natura*, **673**, 8 *dissuere*, 20 *impium*, 24 *diligere* (etiam Ab), **674**, 18 sq. *ad eloquendum rebus sed sat erit*, 31 *modo verum occulte*, **675**, 5 *ab* om. post *abhorret*, 23 *adhibendus*, **676**, 13 sq. *alteram* (bis), 14 *in Catulis quam ut*, 30 sq. *severe aut maledice*, 34 *nec*, **677**, 18 sq. *etiam est*] *est etiam* L, *est enim* p, 32 *ex tota domo*, **679**, 1 *actionis*, 3 *valdeque*] *et valde*, 4 *convivii dictu*, 18 *discrepet*, 22 *acres et dilig.*, 23 *intelle(i)gimus* (B exh. non *intellegimus*, quod Baiter refert, sed *intellegemus*), 23 *ex* om. ante *oculorum*, 25 *ex locut.*] *et l.*, 26 *ex ceteris*] *et c.*, 32 *eligenda*] *dirigenda*, **680**, 7 *vult*] *volunt*, 8 *aliis aliquibus quid*, 13 sq. *arbitretur licere*] *lic. arbitrentur* L, *lic. arbitretur* p, 18 *sic ut* Lp Non., 21 *privatimve*, 23 *colere et tueri ac servare* L, *col. ac t. et serv.* p, 26 *ut faen.*] *et f.*, 31 *opificum qui omnes*, **681**, 1 *lani*, ibid. *piscatores* om.

Atqui inveniuntur loci, in quibus pc inter se consentientes ab Harleiano cum alterius familiae codicibus conspirante dissentiunt, qui tamen loci tam pauci sunt tamque levis ponderis, nihil ut repugnent ei, quod supra diximus, Lp cohaerere artius inter se quam cum Bernensi. Sunt autem intra easdem paragraphos (l. I 110—151) hi tantum: **674**, 12 *anquirere*] *inquirere* pc. Hanc variam lectionem non raro etiam alii codices praebent, velut hoc loco etiam a, **644**, 7 (praeter pc) a B^2H^2, ibid. 24 a H^2, **668**, 33 (praeter pc) a, **634**, 5, **635**, 20 et 34 D, **639**, 13 DE, **572**, 22 Erlangensis, **382**, 20 P post correcturam. — **675**, 6 *accubitio*] *accubatio* pc (et Aba). Cf. locos a Baitero commemoratos **394**, 10, ubi Erlangensis, et **598**, 30, ubi Monac. J eandem formam exhibet; pro *praesagitio* scriptum est **503**, 1 in AV et **519**, 17 in ABHV *praesagatio*; contrarium factum est **699**, 28, ubi omnes a Z oriundi codd. (etiam BA) et p praebent *apparitione*. — **677**, 19 *de se ipsum*] *de se ipso* pc itemque A et ex correctura etiam b. Cf. **696**, 32 *sibi ipse*] *s. ipsi* b, quod Bait. non enotavit, **671**, 24 *nobismet ipsi*] *n. ipsis* Lpc, pro Marcello 32 *de me ipse*] *de me ipso* FM. — **679**, 10 et 14 *si qui*] *si quis* pc. Persaepe in codicibus pro *si qui* scriptum est *si quis*, velut **728**, 5 in p et apud Lactantium, **655**, 20 in p sec. et in L tertia manu, **150**, 14 in B, **318**, 22 in G, **745**, 13 et **746**, 12 in V sec. man.; cf. Verr. 4 §§ 9 et 134; 5 § 175; **671**, 23 pro *aliqui* praeter Lpc etiam A praebet *aliquis*. — **680**, 10 *agentur*] *aguntur* pc. Nonnumquam pro futuro tempore scriptum est praesens, velut **741**, 2 *dicitur* in Ac, **683**, 21 *sequitur* in Lpc; de p cf. pag. 8 med. Etiam **673**, 29, ubi post *dare* in pc deest *se*, haec omissio separatim in utroque potest orta esse; constat enim tales voculas (*me, te, se, si, ne*) saepius in codicibus intercidisse; cf. **726**, 25 *videri se esse*] *se* om. c; **648**, 32 *suum se negotium*] *se* om. H et primo, ut videtur, p, in quo est suprascriptum; **669**, 33 *furere se*] *se* om. p; **690**, 25 *spectatoresque se*] *se* om. p; **728**, 5 *iam se ipse*] *se* om. p; **726**, 15 *uti ne*] *ne* om. p.

Non magis quam hi loci refellunt illi, quos ex reliquis partibus collectos infra exscribam, id, quod ante statui, Lp artiore cognatione coniunctos esse inter se quam cum c. Nam

plurima eorum, quae pariter in pc traduntur, in L non item, eius modi sunt, ut uterque librarius facile ad ea sive errore sive consilio delabi potuerit; alias autem quasdam scripturas, quas hoc eodem modo ortas esse persuadere tibi non possis, in codices p et c, quorum uterque per se mirum in modum interpolatus est, ex communi nescio quo fonte separatim influxisse nihil obstat quin statuamus, praesertim cum nonnusquam ea, quae pc exhibent, etiam in codice aliquo alterius familiae sive a prima sive ab altera manu scripta legantur.

Conspirant autem pc his quoque locis: **659**, 1 *cum*] *tum* pc; ibid. 21 et 23 *cum*] *tum* pcA^2. — **652**, 8 *fors*] *sors* pc. Cf. **732**, 9 *sorte*] *forte* Bp Non., **665**, 13 *praefidentes*] *praes.* p, **649**, 15 et **668**, 23 *fit*] *sit* p, **697**, 29 *Fufii*] *fusii* p, **648**, 18 *deserendique*] *def.* a (v. Hand. Turs. II 742). — **654**, 23 *dilectus*] *del.* pcA. — **662**, 20 *praecipere*] *perc.* pcA^2 et **685**, 17 *percipi*] *praec.* pc et ex correctura A. Cf. **715**, 10 *praescribit*] *perscr.* p, **501**, 29 *praestringere*] *perstr.* H (v. Hand. IV 448). — **655**, 10 *e quibus* ZL, *ex quibus* pc. Cf. **657**, 22 *e*] *ex* p, **668**, 6 *ex*] *e* p, **658**, 7 *ab*] *a* c, **645**, 2 et **734**, 5 *a*] *ab* c. — **668**, 33 *anquirit*] *inq.* p c a (cf. pag. 12 init.). — **664**, 7 *oppetat*] *app.* p (sic) c. Cf. **671**, 6 *oppetere*] *app.* p, **656**, 27 *oppetere* L^1, *appet.* L^2, **702**, 23 *obstringendos*] *astr.* p, **418**, 34 *opplevit*] *applevisset* E, **678**, 37 *approbationem*] *oppr.* Aba, **507**, 20 *abstraxisse*] *obstr.* V (v. Hand. IV 362). — **654**, 6 *hac*] *ac* pc et rasura etiam a. Cf. **710**, 25 *hactenus*] *actenus* p, **508**, 33 *hac*] *ac* H; itemque pro *ac* non raro codd. exhibent *hac*, velut **696**, 10 p, **510**, 14 A, **522**, 22 B (v. Hand. I 512). — **661**, 32 *tribuit*] *attribuit* pc. Aliis quoque locis in utroque codice verbum compositum exstat pro simplici, velut in c **695**, 6 *confirmet*, **712**, 17 *usu evenit*, in p **644**, 22 *attributum*, **722**, 12 *demonstrare*, **738**, 23 *dimissum*, **716**, 33 *expostulo*, **728**, 37 *producere* (cf. pag. 7). — **655**, 13 *permultas*] *multas* pca. Cf. **729**, 16 *permagnum*] *magnum* p, **648**, 13 *permultum*] in p *per* suprascr. est, **683**, 15 *permulta*] *multa* Lpc, **662**, 17 *perturbari*] *turbari* c, **99**, 25 *pereruditos*] *eruditos* A^1; omnino non raro pro verbis compositis leguntur simplicia, velut in c **646**, 28 pro *adquiescit*, **728**, 22 pro *contritum*, in p **645**, 11 pro *adiuncta*, **650**, 26 pro *deviceris*, **694**, 25

pro *conferre*, **721**, 13 pro *complures* (cf. pag. 7). — **656**, 5 *possint*] *possunt* pc, **688**, 21 *sint*] *sunt* pcb, **699**, 9 *coeperunt*] *ceperint* pc, *coeperint* H. Persaepe confusa sunt inter se *sunt* et *sint* omninoque terminationes — *unt* et — *int*; cf. *sint*] *sunt* in c solo **649**, 24, **671**, 21, **680**, 25, **681**, 25, in p **674**, 9 et 34, **732**, 29; *sunt*] *sint* **654**, 30 c, **696**, 28 p; **649**, 25 *prosint*] *prosunt* c, **696**, 29 *delegerint*] — *unt* c, **680**, 13 *fecerint*] — *unt* p, **647**, 20 *possunt*] *possint* c, **648**, 2 *inciderunt*] — *int* c, **693**, 26 sq. *animadverterunt*] — *int* p. — **662**, 32 *anteponant*] *anteponunt* pc. Etiam terminationes — *unt* et — *ant* saepe permutatae sunt, velut c exhib. **680**, 30 *proficiunt*, **664**, 12 *ferunt* (*ferent* p), p **643**, 4 *pervertunt*, ibid. 14 *dicunt*, **648**, 24 *expetunt*. — **664**, 11 *praecipit*] *praecepit* pc; **731**, 35 *ducit*] *ducet* pc; **663**, 30 *tuentur*] *tueantur* pc; **662**, 32 *reperias*] *reperies* cAb, *repperies* p. Ne his quidem locis consensus mirus videri potest, quoniam non solum omnino facile confusa sunt *e* et *i*, *a* et *e*, sed etiam saepe in utroque codice modi et tempora permutata; cf. **718**, 1 *profecimus*] *profic.* Hc, **741**, 2 *dicetur*] *dicitur* Ac; traditum est pro tempore praesenti futurum in c **646**, 18, **693**, 20, **716**, 32, in p **694**, 18 *arbitrabuntur*, pro futuro coniunctivus praesentis in c **647**, 6, **696**, 11, **720**, 9 sq., in p **724**, 12 *eloquatur* (cf. de p etiam pag. 8 med.); pro indicat. praesentis positus est coniunctivus **722**, 30 in c, **718**, 26 *perstent* in p, indicat. pro coniunct. in p **718**, 16 *putat*, **728**, 7 *nocet*, ibid. 8 *perficit*, ibid. 21 *audet* (cf. etiam p. 8). — **732**, 2 *negat*] *negant* pc. Aliquoties pro numero singulari traditur pluralis, velut in c ibid. 25 *venerint*, in p **643**, 10 *egeant*, **675**, 7 *teneant* (sic), **676**, 26 *putent*, **692**, 6 *putant*, **695**, 25 *suppeditent*, in Ab **677**, 28 *putabantur* (cf. **505**, 36; **506**, 9; **509**, 33; **510**, 10; **515**, 34). — **666**, 41 sq. *animantium reliquarum*] *a. reliquorum* pcB^2A^2. — **668**, 9 *fortuito*] *fortuitu* pc B^2. Cf. **504**, 25, **520**, 2, **554**, 9 et Hand. II 742 sq. — **686**, 15 et 25; **687**, 10 sq. pro *inanima* (*ae*) exh. pc *inanimata*. Cf. **686**, 15, ubi in a supra lin. additum est *i. inanimata*, **688**, 9 et 28 *inanimis*] *inanimatis* p et posteriore loco ex correct. etiam c, **631**, 7 *inanima*] *inanimata* BV^2, **686**, 16 *animalia*] *animata* c, **656**, 1 *animantium*] *animalium* p solus, **666**, 28 sq. *animantibus*] *animalibus* p solus; v. Madv. de fin. 4 § 36. —

659, 17 sq. *cavenda etiam est*] *c. est etiam* pcH; **668**, 25 *ludendi etiam est*] *l. est etiam* pc et primo B; cf. **664**, 18 et **669**, 13, ubi in p, hoc loco etiam in H, eodem modo transpositum est, **677**, 18 sq. *deforme etiam est*] *d. est etiam* L, *d. est enim* p. — **735**, 6 *harum enim est virtutum proprium*] *virt. est* pc; verbi substantivi ordo et in c et in p persaepe immutatus est, velut in c **647**, 15 et 36 sq., **650**, 12, **664**, 9, **692**, 2, **695**, 13, **715**, 8, 17, 25, **722**, 22; de p cf. pag. 9. — **657**, 33 *M. Marcellus*, [*et* add. pc] *innumerabiles alii*; *et* vel *que* adscivit c **645**, 4, **648**, 33, **666**, 13, **699**, 31, **730**, 8, **731**, 7, **732**, 5, **647**, 13, **659**, 11, **674**, 6, **678**, 30, non minus saepe p (cf. pag. 5). — **653**, 4 *satis dictum* [*est* pc B^2] et **662**, 27 *anteponenda* [*est* pc]. Permultis locis in utroque codice per se solo verbum substantivum additum est, velut in c *est* **672**, 33, **677**, 24, **697**, 34, **701**, 5, **735**, 25; *sunt* **664**, 15, **679**, 13, **680**, 29 et 33, **738**, 26, in p multo pluribus locis (cf. pag. 5). — **651**, 18 *enim* [*iam* pc] *recessit*. Praecedit paulo supra *iam*; ex praecedentibus verba repetita non raro sunt, velut in c **646**, 5, **655**, 28, **663**, 5 *re*, **665**, 35, **679**, 5, **680**, 5 *quid*, **704**, 34, in p **660**, 1 *vita* post *aptior*, **671**, 10 *suum* post *ingenium*, **688**, 21 *eos* ante *adficiamus*, **736**, 33 *fidem* post *do*. —

Aliqua ex parte consentiunt pc **662**, 33 *consilia et quietis et cogitationis* Z L, *c. et quietis cogitationibus* c, *c. quietis et cogitationibus* p.

Verum tradiderunt p c soli his locis: **652**, 10 *quorumve* Z L, *quorum* p c A^2 B^2. — **661**, 12 *disciplinae conferendi sunt*] *disciplina* B a b (etiam H) L, *discipline* p c. — **653**, 17 sq. *abest ab officio*] *ab* p c, om. Z L. Cf. **695**, 36 *probabantur bonis*] *pr. a bon.* c (et a), **715**, 25 sq. *homini detrahere*] *de homine d.* c, **715**, 4 *hominibus violandis*] *in h. v.* c, **678**, 33 *principio*] *in pr.* c, **650**, 32 *rebus repetitis*] *in r. r.* c, *pro r. r.* p, **649**, 15 *principio*] *in pr.* p, **699**, 9 *sequuntur largitionem rapinae*] *sec. ex largitione r.* p, **712**, 21 *desistunt facile sententia*] *a sua sent.* p, **739**, 26 sq. *decore — continetur*] *in d.* p; alios locos, ubi in p additae sunt praepositiones, supra (pag. 6) collegi.

Iam quaerendum est, utrum Palatinus, qui saeculi est XIII. vel XIV., ex ipso Harleiano tribus quattuorve saeculis ante scripto manaverit, an ambo repetendi sint ab uno codice communi. Mihi quidem hoc verisimilius videtur esse. Tradita enim est in Palatino illa pars (II 25—51) in Harl. ab initio omissa (cf. p. 4 sq. dissert.) suntque servata in eodem verba quaedam, quae ab Harl. absunt (velut **667**, 20 *et*, **668**, 19 *non modo*, **673**, 23 unum *est*, **674**, 1 *est*, ibid. 17 *que* post *id*, **676**, 21 *illo*, **677**, 26 *in*, **687**, 20 *esset*, **736**, 3 *hoc*, **677**, 16 sq. *etiam — — fiunt*); praeterea Palat. veram scripturam servavit multis locis, ubi Harl. ab ea recessit (velut **662**, 7 *affic.*] *fac.*, **663**, 2 *adhib.*] *hab.*, ibid. 34 *induc.*] *deduc.*, **675**, 12 *evenerit*] *ven*, **655**, 2 *doc.*] *dic.*, **677**, 14 *susceptum*] *subiectum*, **672**, 4 *debemus*] *debeamus*, **680**, 8 *exquirunt*] *exqurant* (sic), **699**, 32 *admiremur*] *admiretur*, **704**, 21 *teneat*] *tenent*, **664**, 3 *neque*] *ne*, **673**, 24 *exque*] *et ex*, ib. *atque*] *et*, **677**, 2 *aut cup.*] *ut cup.*, **740**, 16 *enim*] *autem*, ib. 27 *si*] *sed*, ib. 32 *si cum*] *sicut*, ib. 34 sq. *debet, ex*] *d. is ex*; proprium suum ordinem verborum exh. L **675**, 13 *nostro decore*, **680**, 33 *hae artes*, **682**, 26 *conf. potiss.*, **684**, 21 *nihil autem agere*, ib. 23 *deponi posse*, **688**, 21 *nobis nocere*). Sed haec argumenta concedo ad illud prius prorsus refellendum non sufficere propterea, quod, ut paulo infra demonstrabo, Palatinus inter eos codices est numerandus, qui vocantur mixti.

Exstant enim loci, quibus Palat. dissentit ab Harl. et Bern., consentit cum codicibus alterius familiae. Intra I 110—151 sunt hi: **670**, 17 *nec quicquam* Z p] *nequicquam* L c, **673**, 33 *et maxime*] *et* om. L c, **674**, 34 *quae turpia*] *quae re t.* L c, **678**, 7 *mali etiam*] *etiam m.* L c, ibid. 14 *pareat*] *pareant* L c, ibid. 19 *tenere*] *optinere* L c, ibid. 23 *hanc*] *hac* L[1] c, **680**, 13 *arbitretur*] *arbitrentur* L, *arbitrantur* c. — His locis adiungendi sunt ex aliis partibus: **656**, 20 *in amicitia*] *in amicit(e)ias* L c, ibid. 30 *officii*] *officium* L c, **658**, 21 *ut* BHAbp, *utcumque* L c, ibid. 29 *gloriae cupiditate*] *gloria et cup.* L c, **659**, 11 *discedas*] *discedat* L c, ibid. 33 *sint*] *sunt* L c, **660**, 11 *tum*] *tam* L c, **663**, 21 *nobis cunctando*] *c. n.* L c, **665**, 23 *maximi animi*] *maxime* (om. *animi*) L c, **667**, 23 *decori*] *decoris* L c, **687**, 18 *possunt*] *possint* L c, **688**, 10 *tribuuntur*] *tribuantur* L c, **698**, 25 *eo minus in multos*] *eo in min. m.* L c, ibid. 36 *accipit*] *accepit* L c, **699**, 13 *res est*] *est res* L c, ibid. 32 *fiunt*] *fiant* L c, ibid. 33 sq. *primo incredibile*] *p. auditu incr.* L c, ibid. 35 *dare, in*] *dare Ita in* L c, **700**, 21 *Seio vitio*] *s. id v.* L c, **701**, 32 *confiniis*] *confinibus* L c, **702**, 28 *quodque*] *quod qui* L c, **705**, 7 *quando*] *si qu.* L c [1]), **731**, 17 *ei*] *et* L c, ibid. 25 *quod* L c, *quo* BHbap, **735**, 17 *tum, cum*] *tum inquam cum* L c, ibid. 22 *fundamenta naturae*] *fundata natura* L c, **741**, 6 *quamquam hi*] *qu. et h.* L c.

Nonnullis quidem horum locorum Palatini cum alteris codicibus consensus ita explicari potest, ut statuatur aut Palatini interpolatorem a scriptura codicis X in L c servata discedentem sive casu sive consilio ipsum ea invenisse, quae Z antiquitus tradiderat, aut librarios codicum L et c ab eis, quae in X scripta erant, aberrantes per se utrumque ad unam eandemque scripturam devenisse, sed de omnibus certe id non potest dici.

Quod igitur Palatinus modo cum Harl. et Bern. contra alteram familiam, modo, id quod tamen fit admodum raro, cum hac contra illos consentit, id dupliciter potest explicari. Aut p ex eodem codice atque L c profectus est recepitque in se scripturas quasdam ex altera codicum familia — aut ex huius familiae aliquo codice ita manavit, ut nonnulla ex eo fonte, unde L c profecti sunt, depromerentur. Illud prius multo plus habere probabilitatis facile intellegi potest. In eis enim locis, ubi L c vocibus quibusdam in alterius stirpis codicibus sive falso additis sive recte servatis carent (cf. pag. 34—37 dissert.), sunt triginta tres, quibus in p eaedem voces desunt; de reliquis quattuor locis in duobus non satis liquet, quid p habeat aut ab initio habuerit, in duobus verba in L c omissa p exhibet (**666**, 3 *omnis*, **673**, 33 *et* ante *maxime*). Itemque si intra I 110—151 eas scripturas, quibus p cum L c consentit, compa-

1) Locis quibusdam, ubi Palatinum cum alterius familiae codicibus consentire ex Baiteri sive adnotationibus sive silentio colligas, eadem ille exhibet quae L c, **702**, 4 *domos*, **704**, 15 *est* om., ib. 16 *utrumque*, **706**, 11 *accepit*. **705**, 27 p praebet ut c Non. *digressa* (L *degr.*).

rabis cum eis, quae sunt Palatino communes cum alteris codicibus, illas invenies octoginta fere, has octo (cf. p. 16), in quo id potissimum ponderis est maximi, quod ordine verborum p cum Lc terdecies fere, cum alteris codicibus semel, non saepius conspirat.

Qualis fuerit is codex, ex quo p quaedam adscivit, diiudicari non potest; id tamen animadverti interdum Palatinum cum (A) b (a) concordare, velut om. **715**, 11 *is* et **723**, 27 *ipsis* bp, **728**, 20 *quidem* Abp, **718**, 27 *celare*, **724**, 24 *enim*, **728**, 13 *Romano* Abap.

Caput II.

Comparatur archetypus X cum archetypo Z.

Quae scripturae in partibus non solum Bernensi et Palatino, sed etiam Harleiano servatis existimandae sint codicis X, unde Lpc manaverunt, in pag. 26 dissertationis demonstravi comparavique in capite VI hunc archetypum cum archetypo alterius familiae (Z). Iam quaeritur, reliquisne in partibus, ubi Harleianus deest, ex Palatino et Bernensi scripturae codicis X elici possint. Omnibus ad unum locis Palatino et Bernensi inter se consentientibus repraesentari archetypum X dici non potest; nam ex I 110—151 eos locos, ubi alia exhibent pc, alia L cum alterius stirpis codicibus consentiens, supra (p. 12) collegi septem, quibus omnibus opinor in X eadem fuerant, quae sunt in L alterisque codicibus. Sed multo maior est et numerus et pondus eorum locorum, quibus variae codicum pc scripturae confirmantur Harleiano, quos intra eosdem fines numeravi octoginta fere (cf. p. 10 sq.), ut dicere liceat Palatini et Bernensis consensum non semper illum quidem, sed plerumque reddere codicem huius stirpis parentem. Propositum igitur mihi est, ut omnes proferam scripturas, quibus intra I §§ 1—37 (*apud maiores nostros*); II 25 (*ex epulis*) — 51 (*diligenter*), 81 (*nec iis*) — 90; III 1—85 (*turpitudinis*), 89 (*navis est*) — 99 (*sed eam*), 109 (*deditionis*) — 117 (*censent*) Palatinus et Bernensis inter se concordantes dissentiunt ab alteris codicibus, in quo primum agam de vocibus aut additis aut omissis, deinde de verborum ordine, postremo de interpolationibus et synonymis reliquisque utrorumque codicum discrepantiis.

§ 1. De vocibus aut additis aut omissis.

De eis vocibus, quae exstant in pc, non exstant in alteris codicibus, retinendae sunt hae:

2, 89 *Quid tertium? „Male pascere.“*

3, 53 *Immo vero necesse est* (cf. pag. 29 diss.).

2, 87 *vellem etiam de utenda*] *vellem* om. Z (= BHAba).

3, 83 *verbo inter se discrepare, re unum sonare*] *re* om. Z.

3, 4 *cogitatione tacita a solitudine abstrahamur*] *a* om. Z. Unde quis abstrahatur, a Cicerone significatur praepositionibus *a, ex, de*; *abstrahere a* (*ab*) invenitur Acad. 2, 114, Tusc. 1, 84; 3, 33; 4, 38, de div. 1, 66 et 80, Cato 15, de rep. 6, 29, de orat. 1, 81; 3, 145, Brut. 259, praeterea quattuor locis orationum; de *abstrah. ex* et *de* cf. Mergu. lexic. I 25.

3, 18 *Etenim non modo pluris putare quod utile videatur quam quod honestum*] post *honestum* pc recte servant *sit*. Cf. 3, 12 *in qua* (*deliberatione*) *quod utile videretur cum eo, quod honestum esset* (*esset* pc, *est* Z), *compararetur* et 3, 20 *quae honesta sunt, anteponuntur iis, quae videntur utilia.*

3, 19 *Quod potest maius esse scelus*] *esse* om. codices a Z oriundi praeter a. Quamquam Cicero de fin. 4, 48 scripsit *quo nihil potest brevius* (cf. Madv. adnot.), hoc tamen loco *esse* mihi videtur necessarium.

Quibus locis opinor adiungendus est hic: 2, 84 *At vero hic nunc victor, tum quidem victus, quae cogitarat, cum ipsius intererat, tum ea perfecit, cum eius iam nihil interesset*] *cum ipsius intererat tum* om. ZBt.[2] Mueller; Heinius, cuius edit.

quinta mihi praesto est, Adler (cf. philolog. Rundschau I, 1881, 1442) Schichius retinent, quibus assentior. Voculam *tum* per se ipsam molestam esse non intellego; ordinem autem *tum ea perf.* minus usitatum esse equidem concedo quam *ea tum perf.* (cf. 1, 94 *Quicquid est enim quod deceat, id tum apparet, cum* et de divin. 1, 70 *quae autem pars animi rationis atque intellegentiae sit particeps, eam tum maxume vigere, cum*) aut *ea perf. tum*, sed perversum esse non concedo; nam ut alibi sententia relativa praecedente subsequenti pronomini *is* praeponi possunt verba quaedam gravioris ponderis (cf. 2, 17 *quae — fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis*, Tusc. 2, 2 *sed qui — mortem non timet, magnum is sibi praesidium — comparat*, 5, 88 *quod autem sensu careat, nihil ad nos id iudicet pertinere*), ita hoc loco *tum ea* nihil habet offensionis.

Utrum in Z omittendo peccatum sit an addendo in X, difficile est diiudicare hoc loco:

3, 71 *Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis, praestat edicto aedilium*] pc praebent *is praestat.* Non minus facile fieri potuit, ut *is* in Z post *furtis* excideret (omissum enim est in Z 3, 83 *re* post *discrepare*, 3, 4 *a* post *tacita*, fortasse etiam 1, 101 *et* post *docet*), quam ut in X inculcaretur (cf. 2, 78 *Qui — putant*, [*hi* L, *hij* pc] *labefactant fundamenta rei publicae*).

Hic inseram 1, 20 *cuius partes duae sunt*] sic pc Bt.; *c. p. sunt duae* Schich.; *sunt* om. Z Ml. Et illius ordinis (*duae s.*) et huius (*s. duae*) exempla inveniuntur, sed huius plura, cf. orat. 28 *quorum genera plura sunt*, 87 *cuius genera plura sunt*, de inv. 1, 27 *narrationum genera tria sunt*, 1, 20 *genera causarum quinque sunt*; de inv. 2, 94 *cuius partes sunt duae*, 1, 15 et 2, 71; 1, 27; 1, 49 *eius partes sunt quattuor* (*duae, tres*), 2, 69 *huius partes sunt duae.* Omnino non necessarium esse *sunt* hoc loco exempla a Muellero pag. 16 edit. II collecta persuadere mihi non potuerunt, ne ea quidem, quae leguntur Brut. 212 (*cuius quattuor filii*) et Top. 86 (*quarum duo genera*).

Reliquae voces, quas exhibent pc, alteri codices non item, omnes ut aperte spuriae sunt reiciendae. Sunt autem eae, quas infra uncis includam.

3, 19 *formula quaedam* [*disputandi*] *constituenda est.*

3, 13 *id habet hanc — sententiam,* [*naturam*] *cum virtute congruere.*

3, 68 *Suntne igitur insidiae tendere plagas, etiam si excitaturus* [*bestiam*] *non sis —?*

2, 88 *et ipsa inter se corporis* [*cum corpore*] *et externa cum externis comparari solent.*

3, 52 *ut utilitas tua communis sit utilitas vicissimque communis utilitas tua sit* [*utilitas*].

3, 73 *de sicariis,* [*de*] *veneficis, testamentariis.*

3, 16 *cum duo Decii aut* [*cum*] *duo Scipiones fortes viri commemorantur.*

3, 39 *hoc verbum* [*si*] *quid valeat non vident.*

1, 20 *et huic coniuncta* [*est*] *beneficentia.*

3, 38 *quem ut detraxit,* [*atque*] *ipse induit.*

3, 74 *non erat aequum principes civis rem habere,* [*et*] *ad Satrium nihil — pervenire* (cf. 1, 101 *ratio praesit,* [*et* L p c] *adpetitus obtemperet*, 1, 116 *Q. Mucius P. f. in iure civili,* [*et* L p c] *Pauli filius Africanus in re militari*).

3, 36 *potentiae*[*que*] *non ferendae.*

3, 66 *Claudius proscripsit insulam* [*vendidit* Z, *et vendidit* p c].

3, 115 *Sit iam huius loci finis*] *Sed iam h. l. f. sit* p c.

3, 37 *satis enim nobis — persuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen* [*nobis*] *avare — esse faciendum.* Pronomen hoc loco non magis desideratur quam de divin. 2, 119 *Iam Pythag. et Plato —, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent.* Similiter de off. 2, 69 (*patrocinio vero se usos — mortis instar putant*) post *vero* in L p c inculcatum est *tuo.*

2, 82 *Cum* [*is*] *igitur statuisset.*

3, 83 *Ecce* [*ille*] *tibi, qui rex populi Romani — esse concupiverit.* Pronomen *ille* non genuinum esse vel inde elucet,

quod eo dirimitur *ecce tibi*, quibus verbis Cicero admodum saepe utitur; cf. locos ab Hand. (Turs. II 350) et a Merguet. (lexic. II 172) collectos, quibus addo Tusc. 3, 44, ad Attic. 9, 14, 1; 13, 42, 3; 14, 19, 1; 16, 13a, 2.

3, 15 *Haec igitur officia, de quibus* [*in*] *his libris disserimus.* Cf. 3, 14 *Haec enim officia, de quibus his libris disputamus*, 1, 7 *de quibus* (*officiis*) *est nobis his libris explicandum*, ubi in c solo additum est *in*, 3, 7 *de duobus generibus primis tribus libris explicavit* (*in trib. pr. libr.* p), 2, 87 *ad utilitatem, de qua hoc libro disputatum est.*

De eis vocibus, quibus codices a Z oriundi auctiores sunt quam pc, falso additae sunt hae:

3, 115 *quia sint flagitiosa, foeda, turpia*] BHba ante *turpia* exhib. *et.*

3, 6 *neve committas ut — tute tibi defuisse videare*] *ut ne* Z.

Quibus locis fortasse adnumerari potest hic: 3, 111 *Id indicant leges in duodecim tabulis, indicant sacratae, indicant foedera*] *Id* om. pc. Pronomen hoc loco fortasse recte abesse suspicatur Muell.[2] affertque 1, 37 *Indicant duodecim tabulae*, cui exemplo addo haec: de fin. 5, 61 *Indicant pueri, in quibus ut in speculis natura cernitur*, orat. 152 *indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poëtae*, Brut. 77 *indicant cum oratiunculae tum historia quaedam Graeca scripta dulcissime.*

Reliquas voces, quibus carent pc, non carent alteri codices, in Z recte servatas, in X sive consulto eiectas sive temere omissas esse existimandum est.

2, 37 post *cumque aliqua iis ampla et honesta res obiecta* in pc non exstat *est*, quae vox omissa est propterea, quod verborum constructio intellecta non est (cf. Ml.[2] adnot.).

3, 61 *Dolus autem malus in simulatione — continetur*] *in* om. pc. Quamquam *simulatione* non minus potest latine dici quam *in sim.* (cf. quae Muell.[2] pag. 92, 24 monuit), tamen vereor, ne praepositio idcirco omissa sit, quia *contineri re* multo sit usitatius quam *contineri in re*; in Ciceronis de off. libris illud invenitur duodecim fere locis, hoc duobus (1, 126 et 153). Ex contrario 3, 116 (*quae decore, moderatione — continetur*) in p ante *decore* additum est *in.*

2, 82 *Ita perfectum est ut omnes — discederent*] *est* om. pc. Quamquam Cicero de nat. d. 2, 144 scripsit *provisum etiam ut — in sordibus aurium — (bestiola) inhaeresceret*, hoc tamen loco *est* reicere non audeo propterea, quod eadem vox in X saepius omissa est; abest enim a Lpc post haec verba: 1, 130 *munditia*, 2, 60 *moderanda*, 2, 72 *opera*, 2, 73 *oratio.*

3, 49 *in contionem magna exspectatione venit dixitque perutile esse consilium, quod Them. adferret, sed minime honestum*] *esse* om. pc. Ne hoc quidem loco, quamquam verbum substantivum plane necessarium esse persuadere mihi non possum et alio loco (1, 137 *etiam si nobis indigna audiamus*) in BHAb *esse* (ante *audiamus*) inculcatum est, a melioris stirpis scriptura recedendum mihi videtur. Cf. 2, 81 *egere iniquissimum esse arbitrabatur*, ubi *esse* deest in bc.

1, 4 *in eoque et colendo sita vitae est honestas omnis et neglegendo turpitudo*] prius *et* om. pc. Cf. 2, 69, ubi in Lpc deest prius *aut* (ante *postulari*).

3, 30 *inhumane feceris contraque naturae legem*] *contra* (om. *que*) c et opinor iam X, *et contra* p.

3, 82 *quos* (*versus*) *dicam ut potero, incondite fortasse, sed tamen ut res possit intellegi*] *res* om. pc, quo factum est, ut scriberetur in p *possint.*

2, 87 *toto hoc de genere*] *de* om. pc (et Ab).

3, 70 *et* post *oportet* et 3, 96 *quam sint* post *sint* in pc desunt.

§ 2. De verborum ordine.

3, 75 *in foro, mihi crede, saltaret*] *mihi crede* pc et Schol. Ambros. ad or. de rege Alex. p. 349, *crede mihi* Z Schich. Quoniam Cicero nusquam dicit *crede mihi* nisi in epistulis, hoc loco codices pc sequi non dubito; cf. quae de hac re disseruit Schmalzius (Zeitschr. f. d. Gymn.-W. 1881, p. 114 sqq.). Lo-

cutionis *mihi crede* exemplis a Mahnio (miscell. latin. I p. 44 sqq.) collectis addo ex Ciceronis scriptis haec: (ad pag. 47) ad Att. 12, 25, 2 et 43, 1; 13, 23, 3 et 28, 2 (bis); 15, 4, 2 et 3; (ad p. 48) ad Brut. 2, 4, 3; (ad p. 51) de fin. 2 § 113, de orat. 2 § 72; etiam in orationibus exempla inveniuntur plura quam Mahn. attulit, cf. Merguet. lexic. I 715.

3, 50 *Sapientem et bonum virum fingimus*] *vir. bon.* Non. pc. Quamquam Cicero scripsit Tusc. 5, 54 *sapiens et bonus vir* similiterque ad fam. 12, 23, 2 *prudentes autem et boni viri* et quattuor locis, quos infra enumerabo, in pc *bon. v.* exstat pro *v. b.*, uno (2, 2) in Lpc *viris bonis* pro *b. v.*, hoc tamen loco pc verum ordinem servavisse censeo propterea, quod non solum Nonius cum iis consentit, sed etiam verisimilius videtur illud (*sapientem et bon. v.*) effectum esse a librario ex hoc (*sap. et vir. b.*) quam hoc ex illo. *Sapientem* substantivo *virum* vel *hominem* non addito nihil habere offensionis apparet ex eis, quae dicit Kuehn. gr. lat. II 170; *sap.* et *v. bon.* autem componuntur alibi quoque, Tusc. 5, 28 *tum sapientis tum viros bonos dicimus*; cf. etiam Tusc. 5, 35 *cum ignorem quam sit doctus, quam vir bonus*, de off. 2, 35 *ut alios fortes, alios viros bonos, alios prudentes esse dicamus.*

Reliquis locis omnibus non est, cur a codicibus alterius familiae (Z) recedamus.

2, 25 *ab ea est enim ipsa — interfectus*] *enim est* pc. Ut *enim* nonnumquam in uno vel altero codice a tertio loco promotum est in secundum (velut in c de off. 2, 16 *quis enim est*), ita hic in X de quarto transpositum est in tertium; cf. locos a Kuehn. (Tusc. 4, 83) collectos: Tusc. 4, 83 *in ea est enim*, 1, 78 *in his est enim*, Lael. 100 *In ea est enim*, de off. 1, 67 *In eo est enim*, ubi item c exh. *in eo enim est*; praeterea *enim* quarto loco positum inveni orat. 206 *non ad unam enim rem*, Parad. 3, 23 *Quae vis est enim*, ad Att. 13, 9, 2 *si quid est enim offensionis*, 15, 13, 6 *qua de re enim*, 15, 29, 2 *σκοπὸς hic est enim*, ad fam. 15, 16, 3 *de re publica enim* (cf. ad fam. 15, 20, 2 *res enim publica*); ex orationibus Merguet. attulit hoc unum exemplum Verr. 3, 183 *quam ob rem enim.*

3, 71 *mala bonis ponit ante*] *anteponit* pc.

Ut his duobus locis, ita fortasse etiam insequenti ordo mutatus est de industria: 3, 22 *Nam sibi ut quisque malit — quam alteri adquirere, concessum est*] *Ut enim sibi quisque* c, *nam ut sibi quisque* p, quod sine dubio in X erat. Qua de causa Cicero *sibi* praeposuerit voci *ut*, facile intellegitur exstantque etiam alii loci, ubi *quisque* non statim subiectum est pronomini reflexivo, sed voces quaedam insertae sunt, velut de nat. d. 1, 103 *Nam locus quidem — suus est cuique proprius*, de opt. gen. orat. 1 *suus est cuique certus sonus*, de fin. 5, 36 *quo minus suo sensus quisque munere fungatur*, de nat. d. 2, 127 *ut — suis se armis quaeque defendat*, de leg. 3, 46 *ut in suo vitio quisque plectatur.*

Ne his quidem locis haud scio an translatio orta sit casu: 3, 58 *Ad cenam tempori venit Canius*] *c. venit* pc et 3, 98 *Quid enim auditurum putas fuisse Ulixem*] *u. fuisse* pc. Non raro subiectum in fine sententiae positum est, velut 3, 112 *Iuravit hoc terrore coactus Pomponius*, 1, 37 *vetustas*, 129 *nemo*, 150 *officina*, 2, 7 *sententia*, 64 *suspicio*, 85 *invidia.*

Reliquae discrepantiae sunt hae:

3, 21 *quam mors, quam paupertas, quam dolor*] *qu. m. qu. dol. qu. paup.* pc. Cf. § 26, ubi omnes codices exh. *mortem, paupertatem, dolorem.* Alius ordo invenitur Tusc. 4, 46 *qui paupertatem, qui mortem, qui dolorem timerent.*

3, 63 *contra mores, leges, instituta*] *leges mores* pc. Haec nomina coniuncta repperi de fin. 4, 61 *leges etiam et instituta ac mores civitatum perscripsimus*, de nat. d. 1, 44 *Cum enim non instituto aliquo aut more aut lege sit opinio constituta*; cf. etiam in Pison. 30 *non leges, non instituta, non mores, non iura noritis?*

3, 76 *eum virum bonum esse, qui prosit quibus possit, noceat nemini nisi lacessitus iniuria*] *bon. vir.* pc. Illud confirmat Lactant. divin. instit. 6, 18.

3, 64 *sive vir bonus est is, qui prodest quibus potest, nocet nemini*] *bon. vir* pc. Quoniam haec sententia eadem est atque illa, quam modo rettuli, hoc quoque loco apparet retinendum esse *vir bonus*; itemque in eis, quae continuo consequuntur,

certe istum virum bonum non facile reperimus, elucet necessarium esse ordinem *virum bonum*; quod c (non p) exhibet, *bonum virum*, id opinor effectum est ab illo codicis c interpolatore, qui, ut erat non inscitus, aequalitatem collocationis duobus locis finitimis et aptissime inter se cohaerentibus requiri intellegeret. Itemque paulo infra (*virum bonum esse*) in c solo scriptum est *bon. vir.*

3, 75 *is se, quid sit vir bonus, nescire fateatur*] *is se nescire quid sit bon. v. fat.* pc. Cf. praecedentem sententiam *Homo autem iustus isque, quem sentimus virum bonum*, ubi item c (casu etiam H) exhib. *bon. virum.*

3, 57 *non ingenui, non iusti, non viri boni*] *b. v.* pc. Cf. exempla, quae pag. 24 ad 3, 50 attuli.

2, 46 *in reliquis rebus*] *in reb. rel.* pc. Adiectivum *reliquus* substantivo *res* Cicero semper praeposuit, cf. de inv. 1, 9, de orat. 1, 210; 2, 88, Brut. 71, 78, 85, 148, orat. 37, 70, Top. 74, 96, Acad. 2, 107 (bis), de fin. 3, 13; 4, 51; 5, 59, de divin. 1, 6; 2, 10, de off. 1, 134, de leg. 1, 27, ad fam. 3, 1, 1; 5, 11, 1; 5, 12, 2 (bis); 11, 8, 2; 13, 18, 2; 15, 13, 3, ad Attic. 1, 18, 7; 3, 6; 14, 4, 2; de orationibus cf. Merguet. lex. IV 278.

3, 70 *verba illa*] *i. v.* pc.

2, 84 *hoc totum malum*] *tot. h. m.* c, *tum h. m.* p. Et illius et huius ordinis exempla permulta in Ciceronis libris inveniuntur; aliquanto minus saepe, sed tamen non raro idem scriptor utitur etiam hoc ordine: *huius generis totius* (velut de off. 3, 43) et *genus hoc t.* (velut de orat. 3, 214), nonnumquam etiam hoc: *tot. genus hoc* (ut de fin. 4, 7). Eodem modo discordant codices Verr. 2, 104, ubi Lg. 42 exh. *hoc totum nomen*, reliqui *totum h. n.*

3, 114 *Octo hominum milia tenebat Hannibal*] *milia hom.* pc. Cf. de leg. agr. 2, 77 *quinque hom. milibus*, in Vatin. 31 *tot h. milia*; de off. 2, 73 *duo milia h.*, Verr. 5, 11 *multis milibus h.*

2, 84 *solutio rerum creditarum*] *rer. sol. cred.* pc. Ne hanc quidem collocationem a Ciceronis usu loquendi abhorrere suspicari licet ex his exemplis: de off. 2, 59 *magno vir ingenio*, de rep. 2, 36 *summa augur gloria*, de orat. 3, 124 *acri vir ingenio.*

3, 112 *Iuravit hoc terrore coactus Pomponius*] *h. coact. terr.* pc. Cf. de invent. 1, 3 *gravi et suavi commotus oratione*, Brut. 34 *quae cum aptis constructa verbis est.*

3, 44 *meminerit deum se adhibere testem*] *se deum* pc. Illum ordinem confirmat Lactant. divin. instit. 6, 24.

3, 83 *qui se eo obstrinxerit*] *eo se* pc. Cf. Verr. 1, 8 *qui se tot sceleribus obstrinxerit*, Verr. 5, 179 *qui tanto se scelere obstrinxerunt.*

3, 44 *Haec rogatio ad ea pertinet, quae*] *pert. ad ea* pc. Huius ordinis non pauca inveniuntur exempla, cf. orat. 11 *quid haec pertineant ad ea, quae*, orat. 165 *quia referuntur ad ea, ad quae*, de off. 2, 45 *quam ob rem pergamus ad ea, quae*, de invent. 2, 49 *auditoris animus aut renovatur ad ea, quae*, de lege agr. 2, 38 *sed attendite animos ad ea, quae*, pro Tull. 37 *et tamen dicendum est ad ea, quae*, pro Planc. 58 *respondebo ad ea, quae*, in Vatin. 10 *tum memoriter respondeto ad ea, quae.*

2, 43 *nec simulatum potest quicquam esse diuturnum*] *quicquam potest* pc. Cf. de off. 3, 77 *nullo modo videri potest quicquam esse utile, quod*, de fato 4 *An mihi, inquam, potest quicquam esse molestum, quod*, Cato 66 *Potest enim quicquam esse absurdius quam*; de fin. 3, 42 *An vero certius quicquam potest esse quam*, ad. fam. 11, 27, 8 *nec mihi gravius quicquam potest esse.*

2, 45 *debent contendere*] *c. d.* pc. Cf. pro Quinct. 76 *tuum testimonium — gravissimum debet esse* cum in Caecil. div. 47 *Omnibus enim rebus — ornatissimus et paratissimus esse debet.*

3, 39 *fictam et commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone*] *prol. fab.* pc. Illud confirmat Nonius.

1, 20 *iustitia, in qua virtutis est splendor maximus*] *splend. est* pcB.

3, 92 *Perspicuum est iam et quid*] *persp. etiam est quid* c, *persp. iam est et quid* p. Cf. in Caecil. divin. 17 *Reliquum est iam, ut illud quaeramus.*

3, 17 *si quae ad virtutem est facta progressio*] *est ad virt.* pc. Cf. de off. 2, 8 *nisi ex utraque parte causarum esset facta contentio*, Cato 27 *quorum usque ad extremum spiritum est provecta prudentia*; de off. 2, 26 *cuius est praeter ceteros nobilitata*

crudelitas, de off. 2, 66 *Huic quoque ergo a maioribus nostris est in toga dignitatis principatus datus.*

3, 67 *adducta res in iudicium est*] *est in iud.* pc. Cf. de div. 1, 73 *Facta coniectura etiam in Dionysio est,* ad fam. 2, 15, 1 *et hercule confecta res ex sententia mea est*; de off. 1, 120 *habenda ratio est in deligendo genere vitae.*

3, 49 *sed id sciri non opus esse*] *opus non* pc. Cf. quae Muell.[2] ad h. l. adnotavit.

§ 3. De interpolationibus et synonymis reliquisque utrorumque codicum discrepantiis.

Nonnumquam factum est, ut scripturae iam in ω corruptae, quas retinent codices a Z oriundi, in X mutarentur.

3, 74 exhib. Z *o turpem* (*turpe* Bb) *notam temporum nomen illorum,* nisi quod in B *nomen* erasum est. Huic scripturae, quam Victorius correxit in *o turpem notam temporum*, ut subveniretur, scriptum est, quod pc exhibent, *o turpe nomen illorum temp.*

3, 81 *Explica atque excute intellegentiam tuam, ut videas, quae sit in ea species [forma] et notio viri boni*] *species forma et notio* Z. Ex his duobus nominibus *species* et *forma* alterutrum (ut 3, 66 *vendidit*) primo explicandi causa videtur adscriptum, postea autem in contextum ipsum illatum esse et id, ut ex Nonii testimonio apparet, iam antiquitus, editoresque huius aetatis omnes fere incluserunt vel omiserunt aut illud aut hoc; in pc exstat *specie forma et n.*

3, 20 *quibus aut honestum aliquid non utile aut utile non honestum*] *aut — aut* pc, *et — aut* Z. Hoc quoque loco vereor ne id, quod pc exhib., excogitatum sit, ut scriptura depravate tradita ferri posset, assentiorque eis editoribus, qui Lambinum secuti scripserunt *et — et.*

Memorabile admodum exemplum, ex quo dilucide apparet vitio semel admisso facile contrahi alia, est hoc: 3, 16 *Nec vero cum duo Decii aut duo Scipiones fortes viri commemorantur aut cum Fabricius [aut Aristides] iustus nominatur, aut ab illis fortitudinis aut ab hoc iustitiae tamquam a sapiente petitur exemplum*] *aut aristides* Zc (*aristidesve* p), quod spurium esse intellexit J. M. Heusinger. Hoc additamentum pervetus (erat enim iam in eo libro, quo utebatur Lactantius) effecit, ut scriberetur primum *ab his* (sic Zpc) pro *ab hoc*[1]), deinde in X *a sapientibus* (sic pc) pro *a sapiente*, postremo ab illo interpolatore codicis c *iusti nominantur.*

In spurio illo additamento 1, 36 pro *patitur*, quod est vitiosissimum, praeb. pc *patiatur.*

Interdum scripturae in pc obviae profectae sunt ex verborum vi aut constructione non intellecta.

3, 90 *sorte aut micando*] *dimicando* pc et in ras. A (*medicando* ba).

1, 31 *ea migrare*] *ea negare* pc.

3, 111 *indicant sacratae*] *ind. sacra* pc.

1, 9 *Nam aut honestumne factu sit an turpe dubitant id*] pro *an* exh. pc *aut*; neque enim cognitum est voci praecedenti *aut* respondere ea, quae infra leguntur, *Tum autem*; eadem de causa in Ab *aut* omnino omissum est.

3, 25 *quem hominum fama beneficiorum memor in concilio caelestium collocavit*] *hominem* et *memoria* pc. *Fama memor* opinor aut non intellectum est aut non satis placuit.

3, 114 *qui periculo mortis diffugissent*] sic Z, *periculum mortis defugissent* pc, quod Ml.[2] recepit et defendit. Quamquam Cicero (pro Rab. 37) scripsisse videtur *mortis periculum fugit, periculo mortis diffugere* autem in eius libris non occurrit, tamen vereor, ne codicum pc scriptura non sit genuina, et acquiesco in Heini interpretatione. Fortasse *periculo* in *periculum* mutatum est eadem de causa, qua 1, 128 pro *ab omni — fugiamus* scriptum est *omne — f.* (sic Lpc).

3, 96 *ea — quam sint virtutis inimica*] *virtuti* pc (*virtutibus* Ab). Quoniam neque illud neque hoc a consuetudine sermonis recedit (cf. Tusc. 4, 34 (*motus*) *aversi a ratione et ini-*

---

1) Utrum in Lactantii codicibus exstet (*hoc* an *his*), nescio; Bait. testatur „*hoc* Lactantius“, sed in Mignii editione, quae mihi praesto est, legitur *his* neque quidquam de hac voce adnotatum est.

micissimi mentis vitaeque tranquillae, de off. 3, 117 *est enim temperantia libidinum inimica*; de part. orat. 90 *voluptas, quae maxime est inimica virtuti*, orat. 35 *tempora timens inimica virtuti*), id, quod in Z fuit (*virtutis*), retinendum est.

3, 11 *omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habeant*] *minimum* pc; eidem pro *colloc.* exhib. *collata*.

3, 98 *Fide sacratae ius perpetuo falleret*] *fide* genetivum esse quia non est cognitum, in X mutatio facta est *sacratum* (sic pc); eadem de causa effectum est in Z *sacrata*.

3, 98 *Palamedi*] *palamedis* pc A b a.

2, 48 *Antipatri*] *antipatris* pc.

3, 58 *Ad cenam tempori venit Canius*] *tempore*, quod exh. pca, eadem de causa opinor scriptum est qua 3, 99 *domi* (sic Lc et post rasur. etiam p) pro *domui*. Cf. Neuium II² 672 extr.

3, 112 *ruri habitare*] *rure* pc. Cf. Neuium II 673.

2, 82 *numerari sibi, quod tanti esset*] pro *quod t. e.* exh. pc *quanti essent*, quae verba opinor initio vocis *tanti* explicandae causa addita postea illa *quod tanti esset* summoverunt.

Praeterea pro genuinis vocibus in X substitutae sunt aliae

3, 90 *ipsi patriae conducit pios habere cives in parentes*] *filios* pc pro *cives*.

3, 91 *mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum*] *amatorem* pc pro *aleat*.

3, 6 *Sustines enim non parvam expectationem imitandae industriae nostrae*] *existimationem* pc pro *expect.* Cf. ad famil. 2, 1, 2 *quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.*

2, 84 *fraudandi enim spe sublata solvendi necessitas consecuta est*] *vendendi* pc pro *solv.*

2, 85 *neque locupletibus ad sua vel tenenda vel recuperanda obsit invidia*] *utenda* pc pro *ten.*

3, 48 *Cyrsilum quendam — lapidibus obruerunt*] *cooperuerunt* pc. Illud, quod etiam Nonii testimonio confirmatur, retinendum est, quamquam apud Ciceronem *lapidibus cooperire* alio loco (Verr. 1, 119) invenitur, *obruere* non item.

2, 86 *Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis*] *sustineatur* pc. Illud verum et genuinum esse ipsa ex littera *a* verbi *sustineatur* elucet; neque enim modus coniunctivus hic aptus est. Cf. ad fam. 7, 1, 5 *tu modo istam inbecillitatem valetudinis tuae sustenta et tuere.*

3, 61 *Uterque, si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloquetur*] *ad loquendum* pc.

3, 111 *Nullum enim vinculum ad astringendam fidem iure iurando — artius esse*] *stringendam* pc.

Itemque his locis codices a Z profectos necesse est sequamur, quoniam, quae pc tradunt, ea aut nihilo praestant eis, quae leguntur in illis, aut omnino sunt falsa.

3, 80 *collegiumque praetorium*] *praetorum* pc. Quamquam Cicero *colleg. praetorum* alio quoque loco (pro Arch. 9) dixit, *coll. praetorium* non item, omninoque ad *collegium* multo saepius genetivum plural. nominis quam adiectivum apposuit (cf. Mergu. lex. I 629), non minus tamen *praetorium* quam *praetorum* ferri potest; cf. pro Quinct. 28 *contra — edicta praetorum*, Verr. 3, 17 *in edictis praetoriis.*

3, 30 *multam utilitatem rei publicae — adferre*] *multum utilitatis* pc. Utrumque latine dici potest, cf. Tusc. 1, 103 *Multam — operam, amici, frustra consumpsi* cum Brut. 306 *multum operae dabam.* Ex contrario 2, 67 et 2, 76 pro *plurimum gratiae* et *tantum — pecuniae* in Lpc scriptum est *plurimas gratias* et *tantam — pecuniam.*

3, 7 *deliberare homines et consultare de officio*] *de officiis* pc. Cf. 3, 63, ubi *de officiis* solus p exhib. pro *de officio.*

1, 6 *Quae quamquam ita sunt in promptu*] *sint* pc B.

3, 32 *coeperunt et nocent*] *ceperint* pc.

3, 19 *Num igitur se astrinxit scelere, si qui tyrannum occidit*] *occiderit* pc.

3, 38 *sustulit quos obstare arbitrabatur*] *arbitraretur* pc, quod Cicero non minus apte dicere potuit. Cf. Kuehn. gr. lat. II 790.

2, 49 *cum sint — multique — assecuti sint*] *ass. sunt* pc.

3, 44 *Nam si omnia facienda sint, — non amicitiae tales — putandae sint*] *put. sunt* pc; p exhib. etiam *facienda sunt.*

1, 26 *Nam quicquid eius modi est, in quo non possint plures excellere*] *possunt* p c.

3, 81 *Haec sunt, quae conturbent — non numquam*] *conturbant* p c. V. quae Ml.[2] ad hunc locum adnotavit; cf. etiam 3, 40 *Incidunt multae saepe causae, quae conturbent animos* et de nat. d. 1, 61 *Multa enim occurrunt, quae conturbent.*

3, 96 *quae videantur esse utilia neque sint*] *videntur* p c.

3, 93 *ut vel saltare, cum patriae consulturus sit, turpe non sit*] *cons. esset* p c.

3, 112 *Tantum temporibus illis ius iurandum valebat*] *valuit* p c.

2, 82 *cum — attulisset, adhibuit*] *adhibuisse* p c.

2, 29 *in has clades incidimus —, dum — maluimus*] *maluimus* p c (ante correct. etiam a), *malumus* rell. codd., quod est retinendum.

2, 85 *adipiscentur*] *adipiscuntur* p c.

3, 31 *decernet*] *decernit* p c. Cf. 1, 131 *assequemur*] *adsequimur* L, *assequimur* c, 160 *sequetur*] *sequitur* L p c, 2, 20 *videbitur*] *videtur* L p c, 2, 74 *danda erit*] *d. est* L p c.

3, 5 *aures tuas — circumsonare*] *circumsonari* p c.

3, 79 *si se consulem fecissent*] *fecisset* p c B. Cf. Kuehn. gr. lat. II 17.

2, 82 *perfecitque —, ut persuaderet aliis*] *persuaderent* p c.

2, 43 *Qui — adipisci — volet, — fungatur*] *volent — fungantur* p c.

3, 28 *Hi sibi nihil iuris — statuunt esse cum civibus*] *Is sibi — statuit* c, *hii sibi — statuit* p.

1, 11 *causas rerum videt earumque praegressus et quasi antecessiones non ignorat*] *progressus* p c (etiam B), quod iuxta *et quasi antec.* ferri non potest. Consensus codicis B cum p c nullius est momenti, quandoquidem *pro* et *prae* saepe commutata sunt. In altero codice Bamberg., qui est uno duobusve saeculis inferior codice B, sed propinqua cognatione cum eo coniunctus, litterae *p* addita est nota et supra lineam (*prae*) et infra (*pro*), utraque, ut videtur, manu prima.

3, 112 *ut ingressus est*] *congressus* p c.

3, 40 *relinquendane sit honestas*] *derelinquendane* p c. Cf. de off. 3, 35 *tum non utilitas relinquenda est.*

1, 9 *anquirunt*] sic A b, primo etiam B H, *inquir.* p c a (cf. pag. 12 init.).

1, 11 *anquirat*] sic B[1] H[1] A b, *acquirat* p c B[2].

1, 23 *exquirunt*] *inquir.* p c.

3, 37 *est enim totum sceleratum et impium*] pro *impium* est in p c *impurum.* Adiectiva *sceleratus* et *impius* composita sunt pro Deiot. 2, Parad. 4, 31, Phil. 3, 9, pro Sest. 9, Verr. 1, 47, Phil. 8, 16; *impietas et scelus* de fin. 4, 66; *impurissimi et sceleratissimi* de prov. cons. 14.

3, 38 *magnitudine invisitata*] *invisitata* B[1] H[1], *inusitata* p c A b a B[2] H[2].

3, 26 *magis fugienda censet mortem, paupertatem, dolorem — quam facere cuiquam iniuriam*] *cuipiam* p c. Diu de hoc loco meditatus tandem mihi persuasi Muelleri explicationem accipiendam esse. 3, 38 *quispiam* scriptum est pro *quisquam* in H, 1, 29 *cuipiam* pro *cuiquam* in p.

3, 52 *Sed non, quicquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est*] *id* p c, *idem* Z (etiam H et A), quod est retinendum.

3, 52 *dico, — qui sit finis bonorum*] *quis* p c. Cf. de fin. 4, 5 *Qui sit enim finis bonorum, mox* (*quis* B E), 4, 14 *est explicatum, finis hic bonorum et quis a Stoicis et quem ad modum diceretur* (*qui* B Madv.), ad Attic. 11, 11, 2 *qui sit — status —, vides,* de fin. 5, 11 *conscripsisset, qui esset — status,* ad Att. 4, 2, 1 *declaravi, — quis esset status.*

3, 93 *si qui sapiens rogatus sit*] *quis* p c. Cf. Phil. 1, 13 *si qui accidisset gravior rei publicae casus,* ad Att. 3, 14, 1 *ea si qui casus — correxerit*; pro Cluent. 70 *si quis eum forte casus ex periculo eripuerit,* ad fam. 3, 5, 4 *quam facultatem si quis casus eripuerit.*

3, 75 *istuc*] *istud* p c.

2, 25 *ab ea est enim ipsa — interfectus*] *ipse* p c A b a.

3, 110 *cui nisi ipse auctor fuisset*] pro *cui* hab. p[1] c *Quod.*

3, 12 *liceret ei*] *l. his* (*hijs*) p c.

3, 16 *Itaque iis omnes — commoventur*] pro *iis* est *hii* (*hij*) in p c.

3, 66 *Ut enim ceteri ex patribus, sic hic — ex filio est nominandus*] pro priore *ex* pc exhib. *a*.

3, 80 *ab subselliis*] *a. s.* pcb. Illud est retinendum, quamquam Cicero ut in orationibus, ex quibus omnia exempla contulit Meuselius (cf. Neue Jahrb. f. Philol. u. Paedag. Bd. 131 p. 402), ita in reliquis quoque libris ante litteram *s* multo crebrius scripsit *a* quam *ab*. *A subselliis* codd. in orationibus habent tribus locis (Verr. 2, 72; 73, pro Cluent. 58) sine ullo dissensu, duobus (pro Cluent. 111 et in Caecil. divin. 48) variant, sed ita, ut hoc postremo *ab* maiore fide dignum sit; similiter *a* multis locis invenitur ante *supero* (*is*), *superioribus*, *summo* (*a*, *is*); contra *ab superis* de nat. d. 2, 79 (*a sup.* E), *ab summa* ad Quint. fratr. 1, 1, 8, itemque *a sole* non raro, *ab sole* de nat. d. 2, 53 (*a sole* CE).

3, 11 *ut et, quicquid honestum esset, id utile esse censerent*] pro *et* exh. pc *hii* (*hij*).

3, 15 *in poematis, in picturis usu venit in aliisque compluribus*] pro medio *in* pc hab. *et*.

3, 74 *Atqui*] *Atque* pc.

3, 2 *nec hoc otium*] et 3, 3 *nec eam solitudinem*] *neque* pro *nec* pc.

3, 52 *si tibi non dico*] *sed* pc pro *si*.

Menda levissima sunt haec: 1, 25 *cum ad usus*], 2, 31 *cum ad cetera*], 2, 42 *cum ipsa per sese*] *tum* pc pro *cum*. — 2, 84 *non, si fuerit*] *nam* pc pro *non*. — 3, 116 *retinere sententia est*] *retinere sententias* p (et sine dubio X), ex quo in c effectum est *retineri sentias*. — 3, 38 *palam*] *paleam* pc. — 3, 74 *Basilus*] *basilius* pc. — 3, 112 *Manlium* et *Manlius*] *manilium* et *manilius* pc. — 1, 36 *Popilius*, — *o*, — *um*] *pomp.* pc. — 3, 61 *lege Plaetoria*] *l. laet.* aut *let.* Z, *l. latoria* pc.

Contra pc verum servaverunt, aberravit archetypus alterorum codicum

3, 35 *in eadem re utilitas et turpitudo esse non potest*] *re utili turpitudo* Z.

3, 17 *nec id, quod vere honestum est, fas est cum utilitatis repugnantia comparari*] *utilis* Z Schich., *utilitatis* pc Bt. Ml., quibus potius assentior. Plerumque sane Cicero, cum de honestate et utilitate dicit, aut substantivum opponit substantivo aut adiectivo adiectivum, sed cf. de off. 3, 47 *Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret.*

3, 63 *Huic Scaevolae factum — placere nullo modo potest*] *huius* BHba (fortasse etiam A) pro *huic*.

1, 19 *a qua tamen fit intermissio saepe*] *intermissione* ba et ante rasuram HA itemque B, quem Baiter non commemoravit.

2, 85 *quibuscumque rebus vel belli vel domi poterunt*] *bellis* BHba (fortasse etiam A).

3, 3 *debebat is*] *debeat is* BHAb.

2, 48 *ut — alliciant*] *alliciunt* $B^1H^1Aba^1$.

3, 83 *quae libera fuerit quaeque esse debeat*] *fuit* Z.

3, 65 *Quicquid enim esset in praedio vitii, id statuerunt — praestari oportere*] *esset in pr.* p, *in pr. esset* c, *est in pr.* BHba (fortasse etiam A).

Eodem modo haud scio an in Z peccatum sit 3, 12 *in qua quod utile videretur cum eo, quod honestum esset, compararetur*] *esset* pc Bt., *est* Z Ml. Schich. Quamquam nihil possum dicere contra eos, qui *est* censent mutatum esse ab interpolatore in *esset* (cf. 2, 56 *fiunt*] *fiant* Lc, 1, 36 *patitur*] *patiatur* pc); *est* non minus recte se habere quam *esset* elucet ex iis exemplis, quae Mueller (Cic. scripta IV 2 in adnot. crit. ad 273, 37) contulit.

2, 83 *bona civium voci subicere praeconis*] *subiacere* Z.

3, 58 *dictitabat se — emere velle*] *dictabat* Z.

3, 113 *fraus enim distringit, non dissolvit periurium*] *distr.* Z, *astringit* pc recte. Cf. adnotat. Hein. et Muell.[2]

3, 84 *pauci benevoli*] sic (vel *beniv.*) editores Stuerenburgium secuti; *p. boni sunt* Z, *p. benivoli sunt* pc.

2, 41 *summos cum infimis*] *infirmis* Aba, *infirmos* BH.

3, 5 *uberior*] *verior* Z.

3, 64 *istum virum bonum*] *iustum* Z pro *istum*.

3, 44 *iurato*] *iuratio* HAb, ante rasuram etiam B.

3, 73 *haec consideremus, quae*] *hoc* pro *haec* exhib. non solum b, sed etiam BHA^1.

3, 91 *Haec sunt quasi controversa iura Stoicorum*] *haec* p c H², *hae* Z; *controversa iura* c, *controversiae iura* B H A b, *controversie et iura* p. In X non solum *haec*, sed etiam *controversa* fuisse credo.

3, 94 *Quid? quod*] *qui quod* H¹ A¹ b a.

3, 38 *nihilo plus*] *nihil* (*nichil*) *plus* Z.

3, 81 *aut hunc*] *atque h.* Z.

3, 26 *sed multo illa peiora*] *et* Z pro *sed*.

3, 17 *Quocirca nec id*] *ne* Z pro *nec*.

3, 61 *Non inlicitatorem*] *non in licitatorem* c, *non illicitorem* p, *non licitatorem* Z.

3, 111 *notiones*] *motiones* a ante correct., *inotiones* B H, *innotiones* A b.

3, 61 *simulabit*] *simul absit* H b, ante correct. etiam A a.

3, 75 *in locupletium testamenta nomen eius inrepere*] *testamento* Z.

3, 116 *viris equisque*] *veris* B H A b.

3, 115 *Acilius*] *Facilius* B H b a.

3, 114 *et a Varrone*] *et varone* p, *et abarsone* Z.

Fortasse his locis addi potest 3, 8 *triginta annis vixisse Panaetium postea quam illos libros edidisset*] *annos* p c. Accusativus anteponendus mihi videtur ablativo, quia Cicero cum multis locis verbo *vivendi* addidit *annos* vel *annum* (velut Acad. 2, 16 *nam nonaginta vixit annos*, de divin. 2, 90 *nec totidem annos vixerunt*, de fato 19 *cum duo et septuaginta annos vixerit*, Cato 24 *se annum — posse vivere*), tum loco simili (Cato 13) scripsit *qui eum librum — quarto et nonagesimo anno scripsisse se dicit vixitque quinquennium postea*. Illud exemplum, quod ad probandum ablativum affert Gernhardius (de off. 2, 79 *ut agrum multis annis aut etiam saeculis ante possessum qui nullum habuit habeat*), non satis commodum est; nam quoniam *possessum* hoc loco participium est non verbi *possĭdendi*, sed *possīdendi*, Ciceronem apparet dicere non de eo, qui per multos antea annos in agri possessione fuerit, sed de eo, qui multis annis ante in possessionem venerit.

Hic inseram etiam paucos locos, ubi, ut 2, 87 (cf. p. 23), 3, 38 (cf. p. 33), 2, 25 (cf. p. 33 extr.), scripturae codicum p c leguntur etiam in A b (a), qui ab uno eodemque codice, a Z profecto, sunt repetendi. Quae scripturae utrum codicis X propriae existimandae sint an fuerint etiam in Z, non potest diiudicari.

1, 19 *ut in astrologia C. Sulpicium audivimus*] *audivimus* p c A b a, *audimus* B H.

Fortasse etiam his duobus locis Mueller et Schichius codices p c A b (a) recte secuti sunt: 3, 17 *si quae ad virtutem est facta progressio*] *qua* p c A b (cf. Neuium II 223 sqq. et Madvig. de fin. 1, 27) et 3, 116 *virtutem — esse conlaudandam*] *claudandam* B¹ H, *laudandam* p c A b a (v. Muell. Cicer. scripta IV 3 p. XIII ad 128, 21); sed cf. in Pis. 72, ubi pro *conlaudatio* codd. corrupti exhibent *laudatio*.

Denique commemoro has discrepantias:

1, 6 *dilectum*] *del.* p c B² A, itemque *del.* 3, 46 p c A², 3, 71 p c A¹; 3, 73 *vinclis* Z, *vinculis* p c; 3, 48 *xerxemque* Z, *xersemque* p, *xersenque* c; 2, 27 *locupletium* Z, *locupletum* p c (3, 75 *locupletium* etiam p c); 3, 15 *sapientium* Z, *sapientum* p c; 3, 62 *nequiquam* Z, *nequicquam* p c; 3, 67 *urguebat*] *urgebat* p c a; 3, 112 *audivisset* Z, *audisset* p c; 2, 83 *aedificarim* Z, *edificaverim* p c; 1, 18 *assentiamur* Z, *assentiamus* p c; 2, 89 *faenerari*] *fenerare* p c.

Iam quaerendum est, quid sit iudicandum de eis scripturis, quae recte traduntur solo in Bernensi c. Quarum nonnullae quidem potest esse ut debeantur illi codicis c interpolatori, qui suo ingenio verba tradita persaepe mutavit, interdum non inscite (cf. pag. 17 sq. diss.). Sed alias credo iam in X fuisse et inde manavisse in Bernensem; quae quod in hoc solo inveniuntur, in p non item, non est quod miremur; ut enim in codice mixto Palatino non raro pro vitiosis scripturis, quae ex X influxerunt in L c, substitutae sunt verae ex codice aliquo alterius stirpis depromptae (cf. pag. 16 sq.), ita nonnumquam fieri potuit ut pro veris et genuinis adsciscerentur ex eodem fonte vitiosae.

Satis habebo scripturas ab editoribus Baitero Heinio Muellero Schichio receptas breviter enumerare eas, quae leguntur in Bernensi solo.

1, 3 *illis fere se aequarunt*] *se* exh. c et suprascr. A. — 1, 18 *ducimus* (*dicimus* Zp). — 2, 29 *P. Sulla*] pro *P.* exh. Zp *L.* — 2, 37 *maioris partis animos* (*maiores partes animi* Zp; etiam B hab. *partes*). — 2, 38 *admirantur* (sic etiam a; in BHAbp positus est coniunctivus). — ibid. *benivolentiam* c (*benivolentia* Zp). — 2, 41 *tenuiores* (etiam a; *tenuioris* BHAbp). — ibid. *retinebat* (*pertinebat* BHap, *pertinebant* Ab). — 2, 43 *numerum* (*nume* B[1] b, H ante lacunam quattuor litterarum; *nomen* pa). — [2, 48 *blande* ca, *blando* pb; utrum in B et H initio scriptum fuerit, non satis liquet. —] 2, 48 *deleniant* (*delin.* Zp). — 2, 49 *et apud populum* (om. Zp). — 2, 50 *ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi* (om. Z, etiam A et, quod Baiter non adnotavit, B, itemque p). — ibid. *M'. Aquilio*] *aquilio* c, *manilio* Zp. — 2, 87 *Ianum* (*ianuae* Zp). — 3, 2 *et e coetu*] *e* c, *a* a, om. BHAbp, sed in p littera nescio quae suprascr. est. — 3, 3 *excerpere ex his ipsis*] *hijs* exh. c, *his* om. Z (etiam a, in quo *ipsis* deesse Bait. falso adnotat) et p, haud scio an recte; plane necessarium certe non est *his*, ut opinor. — 3, 41 *muri causam* (*m. causa* Z et ut videtur etiam p). — 3, 57 *Rhodios* (*rhodius* Zp). — 3, 65 *poenam* (*poena* Z, om. p). — 3, 83 *qui id facere possit*] *qui id* c, *quid* Z (in A alterum *i* suprascr. est) p. — 3, 91 *si cui* (*sicut* Zp). — ibid. *vinum* (*venenum* Zp). — ibid. *controversa* (cf. pag. 36 init.). — 3, 98 *assimulare* c, *ad(s)simu(i)lavit* Z, *insimulavit* p. — 3, 113 *quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Hannibal, se in castra redituros*] *misit Hannibal se* servav. c, om. Z (*ad senatum*, quae verba ipsa quoque in Z deesse ex Baiteri adnotatione colligendum est, exstant in BHba et sine dubio etiam in A); in H lacuna est quattuordecim fere litterarum, qua re confirmatur illa verba solo Bernensi c servata vera esse atque genuina; p pro iis exh. *missos.* — ibid. *quorum erant potiti Poeni*] *potiti*, c, *titi* BAba, om. H cum lacuna septem fere litterarum; *erant potiti* om. p. —

ibid. *novem revertisse — — quam erat* c. Haec verba, quae

ab alteris codicibus absunt, Palatinus praebet in margine adscripta, nisi quod *dicit* omissum et pro eo paulo supra (post *auctor*) superscriptum est *scribit.*

Praeterea unus alterve eorum, quos dixi, editorum Bernensem c solum secutus est his locis:

2, 34 *valet* Zp, *valeat* c Schich. — 2, 45 *spectare et ad ea*] *et* Zp, *atque* c Non. Schich. — 3, 15 *quod item in poematis*] *item* c Bait. Schich., *autem* Zp, *idem* Non. Hein. Muell. — 3, 95 *Non credo*; *facias enim*] *facias* c Bait. Hein. Muell.[1] Schich., *facies* Zp Muell.[2]

Palatini solius quae propria sunt quam nihil habeant auctoritatis, quamquam in cap. I § 1 satis demonstratum est, tamen, quoniam paucis locis haud dubie verum traditum est in p solo (cf. supra pag. 10) vel in Lp (1, 149 *sic ut* Lp Non., cf. pag. 25 dissert.), restat ut inquiramus, exstentne alibi quoque in p scripturae genuinae. Sed, quas inveni, earum et numerus est minimus et uno excepto loco pondus levissimum. Sunt enim hae: 1, 32 *cui promiseris*] sic recte p (et a), *cui quid prom.* Ac, *cui quod prom.* Hb et, quod Bait. non adnotavit, ante rasuram etiam B. — 3, 1 *appellatus est*] *est* recte p, *sit* Non. c Z (etiam B). — 3, 15 *cum sunt docti*] *sunt* p, *sit* c, *sint* Non. BHba (fortasse etiam A). — 3, 34 *venerunt*, quod Manutium secuti Bait. Hein. Muell. scripserunt, exh. p (*vener̄*); *venerint* c Z, quod recepit Schichius.